

plicationi huic, prout ex hac ratione pariter cessare secundam supplicationem in causis nobilitatis (ceteri aliàs arduè iudicentur) affirmat Gundifalvus de Paz ubi proximè num. 68. & à num. 66. Tùm etiam quia supplicatio hæc adhuc negatur ꝛ à sententia meri possessorij ex legibus Regijs allegatis per Paz d. cap. unic. à num. 114. de quo in hac retentione adhuc non contenditur, nec controuertitur ad effectum & finem declarandi super eo, sed de mero ꝛ facto, & insistentia possessionis, & status vltimi Patronorum, ad effectum dumtaxat superfediendi in executione litterarum Apostolicarum, & Sanctissimo rescribendi, vt quid senserit explicet, nec ex hac cognitione alicui applicatur ius patronatus, nec ad quem pertineat declaratur, quod omne intactum remanet coram Ecclesiastico discutendum.

Itaque cum præiudicium retentionis litterarum ꝛ sit leuissimum, temporale, & penitus reparabile, nullum ius partium tangens intrinsecum, prout & superius hoc capite diximus; idèò nullo modo admittitur in iis causis retentionis Bullarum secunda hæc supplicatio, nec

in hoc Regio Consilio visum, nec auditum fuit, nec vnquam admissum, nec adhuc ab aliquo tentatur tale remediùm, & ita inniolabiliter obseruat Senatus.

Ex quibus rationibus & fundamentis, inferri potest etiam ꝛ ad causas retentionis Bullarum Apostolicarum decisas in prima instantia in Audientia Regni Gallicæ (charissimæ, & dulcissimæ patriæ nostræ) vt minimè admittatur appellatio ad Chancellariam Vallisoletanam, cum res, super qua contenditur, debeat habere æstimationem, si in proprietate mille ducatorum, si in possessione duorum millium, quæ æstimatio penitus cessat in hac causa retentionis, in qua nec de proprietate rei principalis, nec etiam de possessione agitur, nec definitur; Ex hæcenus deductis, quæ omnino conuincunt, & planè congruunt huius vltimi articuli determinationi, & resolutioni. Maximè quia reuera multum indecorum, & indecens foret, causas huius qualitatis velle regulare per alias merè temporales, inter quas tot reperitur dissonantia, & non sine scandalo nouitas hæc introducta foret ad latè tradita supra cap. 6. per totum.



TRACTA



TRACTATUS

DE

SUPPLICATIONE
AD SANCTISSIMUM
à Litteris Apostolicis: Et de earum
interim retentione in Senatu.

PARS SECVNDA

Continet Recursum ad Regem ob contrauentionem Sacrosancti Concilij
Tridentini, præsertim circa præseruationem primæ
instantiæ Ordinariorum.

CAPVT I.

Quo iure Rex Catholicus, quibusve rationibus litteras Apostolicas in contrauentionem œcumenici Concilij Tridentini importunè impetratas, vel retinere, vel remittere valeat, & de vtriusque differentia, de qua latius, cap. 2. 6.

SVMMARIVM.

Principum Christianorum Regale munus est, euigiles esse inuisionem Reipublicæ, præcipue spiritalis, dogmatum, & Conciliorum, n. 1.
Principes suorum Regnorum sunt adstricti ad protectionem, ne violentiam, aut scandalum patiantur in perniciem Reipublicæ spiritalis, & temporalis, num. 2.
Ad Conciliorum, & Ecclesiæ tuitionem sapè inuitasse Pontificem Principes Christianos ad scdandos violentos incursum, multis Canonici decretis legimus, num. 3.
Bonifacij Pape epistola refertur missa Imperatori Honorio, vt auxilium Ecclesiæ, & Religioni oppresse præstaret, num. 4.
Epistola refertur Imperatoris Honorij missa Pape, qua proficitur interueni sui pacem custodiri, & seditiones Ecclesiæ obuencientes sedari, n. 5.
Dini Augustini Auctoritas refertur, quæ licitè petitur per Prelatos auxilium à Principe Christiano contra hostes Ecclesiæ ad eius tuitionem magis, quam vindictam, num. 6.

Res religiosa aliter tuta esse nequeunt, nisi & Regia, & Sacerdotalis defendat auctoritas, n. 7.
Epistola Dini Augustini, qua aduersus violentias fit vltio, à potestatibus per Prelatos postulanda, num. 8.
Concilium Agatense refertur, quo dicitur ab omnibus Principibus esse auxilium postulandum pauperum molestis, quibus Ecclesiæ fatigatur, num. 9.
Si Principum præceminentia in Ecclesiæ ex consuetudine acquisita non seruetur, scandalum Ecclesiæ patitur vitandum, num. 10.
Principum Christianorum præcipuum Regale officium est, Ecclesiæ, eiusque libertatem, & immunitatem defendere, num. 11.
Principes sæculi nonnunquam in Ecclesiæ culmina tenent, vt disciplinam Ecclesiasticam muniant, & seditiones rigore Principum conterantur, num. 12.
Principes ad tuitionem Ecclesiæ tenentur ex debito Regalis officij, etiam non postulatam, cum ipsorum studij, & religionis interit, num. 13.
Imperatores profitentur maximam adhibere sollicitudinem circa Dei dogmata, & Sacerdotum honestatem, num. 14.
Principis boni est omnia tueri, quæ spectant ad tuitionem Ecclesiasticam, num. 15.
Principes si protectionem Ecclesiæ præbere negligunt, à communione eiusdem repelluntur, n. 16.
Nihil præstantius conseruationi Regnorum, quam vigilantia in cultus Diuini, & status Ecclesiastici tuitione, qua nititur stabilimentum omnium rerum publicarum, num. 17.
Quod Imperator Theodosius in agone mortis filiis suis hoc præceptum reliquit, num. 18.
Imperatores Christiani agnouerunt Imperij salutem

tatem, & amplitudinem consistere in vigilan-
tia sua cultus Divini, num.19.
Imperia ad sui conservationem, & amplitudinem
non dubitare sacris servire, num.20.
Principes eos laudat D. Augustinus, qui suam po-
testatem & Dei cultum conservandum exercent,
num.21.
Ecclesie mos est antiquus, ut Imperatores inter-
sint Conciliis, ut necessaria spirituali Reipubli-
ca libere proponantur, & modis omnibus exe-
quantur, & Principum terrore impedimenta
auellantur, num.22.
Principes intersunt Conciliis non ad potentiam
ostendendam, sed tollendas discordias veritatem
inveniam impugnantium, num.23.
Principes omnes Christianos Pius IV. prouocauit
ad Tridentini protectionem, obseruationem, &
executionem, num.24.
Verba Bulla eiusdem Pij IV. referuntur, n.25.
Principes fecit Deus protectores Ecclesie & Fidei,
iuxta Decretum Concilij Tridentini, n.26.
Principes generaliter sunt Protectores status Ec-
clesiastici, & Conciliorum, sed specialiter des-
tinati sunt protectores Concilij Tridentini,
quod plurimorum etiam auctoritate fulciunt,
num.27.
Rex Catholicum maximo conatu certat de protectione,
executione & obseruatione Concilij Tri-
dentini, ut ex suis legibus patet relatis, n.28.
Violentarum cognitio tendens ad executionem, &
obseruationem Concilij Tridentini, soli supremo
Senatu est reservata, ceteris inhibiti Chancel-
lariis, num.29.
Violentia tangentes obseruationem, & execu-
tionem Concilij Tridentini conspiciuntur in Aula
Regimini, num.30.
Ex protectione Concilij Regi commendata oritur
potestas condendi leges Concilij in confirma-
tionem, & eius executionis incitatus, n.31.
Rex vigore protectionis commendate potest Prala-
tus mandare, ut decreta Concilij inuicibiliter
obseruent, num.32.
Rex Francia virtute protectionis Concilij Basilien-
sis sibi commendata cognoscit de Pralatis illud
contravenientibus, num.33.
Cognoscere de aliquo casu, & leges condere super
eo paria sunt, num.34.
Leges plures in iure Ciuili reperiuntur circa res
sacras, quia nihil per se faciunt, sed confirmant,
que a sacris Canonibus sunt ordinata, & suis
iussibus muniant Principes, num.35.
Decretum a sancta Synodo definitum Regia potest
lege sanciri, num.36.
Concilium Calcedonenfe inuicibiliter obseruari
& custodiri precipit sua lege Imperator Mar-
tianus, num.37.
Quatuor Concilia, Nicenum, Constantino-
politanum, Ephesinum, & Calcedonenfe, Iustinianus
Imperator suis legibus mandauit obseruari, &
custodiri, num.38.
Leges temporales conformes decretis Canonice
condi valent, num.39.
Lex Ciuilis ad euitandas fraudes & dolos, non
de danno Ecclesie inferendo, valent in rebus
Ecclesiasticis, num.40.
Lex Regia licet fertur in causis Ecclesiasticis ob
scandalum Reipublica vitandum, n.41.
Protectio Tridentini, Principibus commendata nulli
eorum magis conuenit, quam Regi Catholico,
& de rationibus, n.42.

Ad Caroli V. & Philippi II. Regum Hispanie
instantiam fuit facta conuocatio ad Concilium
Tridentin. sinuendum, num.43.
Tridentin. decreta magno labore & vigilan-
tia fuerunt definita ad reformationem vniuersalem
morum, & pro vniuersa Reipublica spiritualis
apertiori regimine multa damna perniciosa auel-
luntur, num.44.
Lamentabile foret, si tot Sanctissimis. Decreta di-
uinitus definita, & salubriter recepta fructum
amitterent ex negligentia, in perniciem Reipubli-
cæ spiritualis & temporalis, n.45.
Verba Bulla Pij II. recensentur, quibus apparet
de omnimoda utilitate obseruationis Concilij,
cuius decreta tot labore edita plura tollunt scan-
dala, & abusus in Ecclesia, num.46.
In dicta Bulla plurima leguntur prouocantia Prin-
cipes ad obseruationem Concilij pro vniuersali
Regnorum tranquillitate, & utilitate, n.47.
In bene capris perseverandum, ne operam & oleum
instabiles perdant, ex auctoritate Iob, n.48.
Si bene inchoata manus operantis ad perfectionem
non subleuat, remisso contra suam operam pu-
gnat, num.49.
Qui bene capta distindit non exequitur ex negli-
gentia, manum destruentis imitatur, n.50.
Synodo, & Concilio facit iniuriam, qui semel re-
ctè disposita reuoluere contendit, n.51.
Reuerentia Sedi Apostol. Catholici Regis pre caete-
ris floret, & deductur ex summo affectu quo in
suis Regnis fecit obseruare Concilium, n.52.
Quod in alijs plurium Regum ditionibus non fuit
receptum, ibidem.
Violentia cognitio clarè offendit quanto amore Re-
ges Catholici obsequensissimi sunt exhortationi-
bus Sedis Apostolic. prouocati ad Concilij pro-
tectionem, & obseruationem, num.53.
Quid profecerit Regem Catholicum se vigilanter
prebuisset in Concilij conuocatione, si in eiusdem
protectione non per se curaret, num.54.
Perseuerantia est, ratione bene considerata per-
mansio iuxta Ciceronem, & D. Bernard. n.55.
Absque perseuerantia, nec qui pugnat victoriam,
nec palmam vultor consequitur, nutritrix est ad
meritum, mediatrix ad premium, soror patien-
tia, constantia filia, & amica pacis, &c. n.56.
Non perseuerans vsque ad finem nihil egisse dici-
tur iuxta D. Gregor. num.57.
Ordinaria proniso Regia in Senatu expeditur ad
exportandas litteras Apostolicas in contraven-
tionem Concilij Tridentini exortas, vel resi-
neantur, vel in iudicialibus Ordinario remit-
tatur cause cognitio, num.58.
Derogatio specifice Concilij Tridentini requiritur,
num.59.
Conciliaris constitutio requirit expressam derogatio-
nem, num.60.
Conciliaris dispositio, cum tot matura deliberatio-
ne sit edita, videtur continere derogationem ad
futura contraria, num.61.
Concilium generale modernum specifice requirit
derogationem, & non sufficit generalis cuiuscum-
que Concilij, num.62.
Derogatione generali, nec speciali Concilij Tri-
dentini indigent concessiones Apostolica propria ma-
nu sanctissimi subscripta iuxta motum propr.
Pij V. num.63.
Derogatio Tridentini, etiam specifice non admitti
in Hispania, qui restantur, num.64.
Littera impetrata in derogationem, & contraven-
tio vera

tionem Concilij examinatur in Senatu, qui vari-
is modis decernit, num.65. & seqq.
Littera in contraveniendum alicuius decreti Tri-
dentin. regulariter detinentur in Senatu, ibid.
Littera peruenientes primam Ordinarii instantiam
in executionem gratis traduntur imperanti, vt
illis eorum Ordinario vtiatur, num.67.
Littera dumtaxat vtitur prout rescripta, moni-
toriales, executoriales, &c. resinentur in Sen-
atu remissa causa cognitione Ordinario, n.68.
Trident. in cap.20. cause omnes percutio frequen-
ter est, singulares continens difficultates, qua-
speciali egerit tractatu distingendas per totam, 2.
part.

CHRISTIANORVM Principum
concordum Regale munus,
& præcipuum officium esse,
cuigiles se præbere in tuitione
& protectione Reipublicæ, ma-
ximè spiritualis, & Ecclesia-
stica, dogmatum Catholicorum, & Concilio-
rum, Ecclesiarum obseruatione & executione, abun-
dè ex multis iuris fundamentis, & authoritati-
bus, etiam Diuina Scripturæ comprobauimus
suprà hoc eodem tractatu de retentione Bullarum
1. p. cap. 1. per totum, & in cap. 5. ad que tẽ
remitto pro præciso fundamento, & iustificatio-
ne huius capituli.

Ad ipsos atque Principes omnino pertinere
ex obligatione Regalis officij protectionem
suorum Regnorum, & vassallorum, ne violentiam
patiantur & scandala in damnum Reipubli-
cæ Ecclesiasticæ, spiritualis, & temporalis,
neque indebitè hæc turbetur, & commune bonum
detrimentum patitur, fufius est probatum
in dict. cap. 1. & 5. sup. 1. part. in cap. 1. & 2. in
tractatu de Regia protectione.

Idè ad leuandos violentos incurfus, &
sedandas molestias, iniurias, seditiones, ac tur-
bationes, & Ecclesiæ, multoties Summum Eccle-
siæ vniuersalis Pastorem inuitasse Principes
Christianos ad protectionem, & ad auxilium
prestandum commouisse, & allicuisse, ad tui-
tionem & conseruationem Christianæ Religio-
nis, dogmatum & Conciliorum, Sacramque
rectum ipsos Christianos Reges in tuitionem &
defensionem quotidie interpellare, & paterna
charitate prouocare consueuissent, multis in Cano-
nicis decretis legitimus, vt ex epistola Bonifacij
Pape missa Imperatori Honorio pro repetandis
perturbationibus, & quibus indebitè premeba-
tur Ecclesia, apparet, relata in cap. Ecclesia. 97.
dist. vbi inter alias hæc scripsit: Cum enim
humane rebus Diuino cultor Religioni, Domino
fauente prouideas: Nostra culpa erit, si non id sub
vestra gloria (quam certum est, Diuinis rebus sem-
per animo promptiori sanis) firmo & stabili iure
custodiantur, &c. Et vitæ huius infra: Ipsa enim
Ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imper-
ator, non meo quidem sermone, sed suo venerabi-
li affectu appellat, quam Christus Deus noster vera
Fidei Rector, & vestri Gubernator Imperij sibi
vni desponsatam, & inuicem Firmam seruat, ne
in eam aliquos partium insidiantium procellarum
fluctus illud, & quietam faciem tempestari in solo
timore turbari, & gloriosissime & tranquillissime Im-
perator Auguste, &c.

Et eidem Bonifacio Pape ipsemet Imperator
5. ita rescripsit: Vnde id seruandum est, vt omnes

tranquillam mentem, pacificos animos, ex Sereni-
tatis nostra admonitione custodiant, nec aliquid se-
ditionis conspirantibus tentare conentur, &c. re-
lata in cap. vltor. 97. dist.

Vnde D. Augustinus in cap. Maximiani
23. quest. 2. ad eundem Pontificem Boni-
facium ita scripsit: Maximianus Episcopus Va-
giensis auxilium petiit ab Imperatore Christiano
contra hostes Ecclesie, non tam sui vlciscendi cau-
sa; quam tuendæ Ecclesie sibi credite, quod si præ-
termisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed
negligentia merito culpanda, &c. Quæ quidem
prudentialis doctrina fundamentum sumit à
text. in cap. res 23. quest. 5. ibi: Quia res omnes
aliter curare non possunt, nisi qua ad Diuinam
confessionem pertinent, & Regia & Sacerdotalis
defendat auctoritas.

Quæ propter D. August. in epistola ad
Demetriam ita scripsit: Nostri (inquit) aduersus
suis illicitas, & priuatas vestrorum violentias
(quis, & vos ibi, qui talia facitis dolens, & ge-
mitus) à potestatibus Ordinatis vltionem petunt.
Et in Concilio Chartar. 5. ita docemur: Ab Im-
peratoribus vniuersi iustum est auxilium & posu-
landum propter afflictionem pauperum, quorum
molestias sine intermissione fatigatur Ecclesia: vt
defensores eius aduersus potentias diuinum cum
Episcoporum provisione delegentur, prout referunt
in cap. Ab Imperatoribus 23. quest. 3.

Pro quo etiam & bonus est in cap. quia san-
ctus 28. in ordine 63. dist. ibi: Quia Sancta
Romana Ecclesia, cui auctore Deo præsidemus, à
pluribus patitur violentias, Pontifice obente, que
ob hoc inferuntur, quia absque Imperiali notitia
Pontificis sit consecratio, nec Canonico ritus, &
consuetudine ab Imperatore directè interfuni. Nisi
qui scandala feri veterem, volumus, &c. Nisi
quis antiqua exigit consecratio, ne vel Ecclesia
scandala fieri videret, volumus, &c. Et Imperi-
alis honorificentia minuat, &c. Ex quo text.
maximè ex eius vltimis verbis clarè patet, quam
vnita & dependentia sint honor & auctoritas
Regis ab ipsa Ecclesia (cuius est protector) que
si scandalum patitur, honorificentia Regis di-
minui merito dicitur, cum possit de negligentia
sua conqueri, & redargui.

Planè cum ipsorum Principum Christiano-
rum præcipuum munus sit & officium Regale, & Ec-
clesiam, eiusque immunitatem, & libertatem
defendere, arque tueri, vt ipse D. August. ite-
rum scripsit in epist. 50. & epist. 165. relatus ad
hoc idem per Michaëlem Agiam in tract. de ex-
hibendis auxiliis, fund. 27. in cuius doctrinæ
comprobatorem plura diximus Nos hoc tract.
de retentione Bullarum 1. part. cap. 1. per tot. inde
prouenit, vt semper quando Ecclesia aliquid
patitur detrimentum aut turbationem, Prin-
cipum alicuius protectio, & exciteur obligatio.

Non omitterit illud & Isidorus huius capti
conuenientius in cap. administratores 23. quest. 5.
Quod Principes sæculi non nunquam intra Ec-
clesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per ean-
dem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muni-
ant, ceterum intra Ecclesiam potestates necessa-
ria non essent, nisi vt quod non præualeret Sacer-
dotes efficere per doctrina sermonem, potestas hoc im-
peret per discipline terrorem. Sæpe per Regnum
terrenum, caeleste Regnum proficit, vt qui intra
Ecclesiam possit contra Fidem, & disciplinam
agunt, rigore Principum conterantur, &c.

Et quamvis ab ipsi Principibus hæc non sit
 13 exprese petita à Pontificibus, & ceteris Eccle-
 siasiticis personis tutio & protectio ad ipsam
 tamen præbendam omnimodo tenentur ex de-
 bito Regalis officij, & obligatione sibi iniuncta
 Coronæ, cum hoc ipsorum studij, & Religio-
 nis interfit, text. est in cap. bona, §. Sancta Syn-
 odus 96. dist. quanguam (inquit) studij vestri,
 & Religionis interfit, ut in Episcopatus electione
 concordat principaliter structur Ecclesie, &c. Et
 id ipsum probatur in Authen. quomodo oporteat
 14 Episcop. §. nos igitur collation. 1. ibi: Nos igitur
 maximam habemus sollicitudinem circa Dei do-
 gmata, & circa Sacerdotum honestatem, &c. Cum
 15 boni Principis sit, omnia quæ ad Ecclesiasti-
 cam functionem spectant tueri, cap. boni Prin-
 cipis 95. dist. & in e. tributum 23. q. 8. ita dicit
 Vibianus Pontifex ibi: Pro pace & quiete, qua
 nos tueri, & defendere debent, Imperatoribus per-
 sistentiam, &c.
 16 Adco vt si Principes ipsi & protectionem
 hanc Ecclesie præbere negligunt, à commu-
 nione eiusdem merito repelluntur, cap. dicat in
 fin. ibi: Ita secularium dignitatum administrato-
 ribus defendendum Ecclesiarum necessitas incum-
 bit, quod si facere contempserint, à communionem
 sunt repellendi, 25. quæst. 5. & in cap. administra-
 tores eadem causa & quæst. Frater Michaël, Agia,
 de exhibendis auxiliis, fundam. 27. pag. 110. quod
 & latissime probauit Palatius Rubens in tract.
 de iust. veten. Regni Navarra 2. p. §. 7. per tot. vbi
 erunt multa ad propositum videntia.
 Nihil enim tam necessarium est ad conserua-
 tionem Reipublicæ, Imperij, & Regnotum,
 17 quam & vigilantia Religionis & cultus Diuini,
 statumque Ecclesiasticum conseruatio & tutio, in
 quo præcipuum omnium Rerum publicarum, &
 Imperiorum fulcrum, atque stabilimentum con-
 sistit, vt latissime prosequuntur Aristotel. lib. 7.
 politic. cap. 8. Cicero. lib. 1. de natura Deorum,
 Plinius lib. 14. naturalium historia, Valerius Maxi-
 mus lib. 1. & lib. 4. cap. 1. Lactant. Firmianus
 lib. 3. Diuinarum scriptur. cap. 10. & de ira, cap. 12.
 & de vera sapientia, cap. 28. D. August. de ciui-
 tate Dei, cap. 24. & epist. 48. 50. & 165. lib. 3.
 epist. 32. lib. 5. epist. 5. Iustinianus Imperator in
 epist. inter Clarus. C. de Summa Trinit. & in pro-
 mulia digestorum, Clemens Papa lib. 1. constituit.
 Apostolica, Constantin. Magnus Imperator apud
 Sozomen. lib. 1. historia Ecclesiastica, cap. 8.
 18 Theodorici Imperator filius & suis hoc præcep-
 tum in agone mortis relinquens apud Nice-
 phorum, lib. 3. histor. Ecclesiastic. cap. 1. & Eua-
 rium lib. 1. cap. 1. & plurimalij, quos referunt
 Hieronym. Orosius lib. 1. & 4. de Regia instituit,
 Simanchas lib. 3. de Republica, capitul. 8. Petrus
 Gregorius lib. 2. de Republica, capitul. 2. & lib. 8.
 cap. 2. scilicet 1. Cardinal. Bellarm. lib. 1. de Princip.
 Christian. cap. 11. Iustus Lipsius lib. 1. & 4. ciui-
 li doctrina, capitul. 2. & 3. & aduersus Dialog.
 capitul. 2. & in nouis & exempl. politic. lib. 1.
 capitul. 2. Hieronym. Fracheta de Principe, cap. 3.
 pagin. 24. Balduinus in prolegom. de iure ciuil.
 pagin. 71. & sequentibus, Pater Riuaadencia de
 Principe Christian. lib. 1. capitul. 16. lib. 2. capitul.
 5. Tiber. Gamba. in discursu politic. cap. de Re-
 ligatione, pagin. 39. Cheticus in Coronæ. quæst. po-
 litic. §. 1. Ioan. Boterus de ratione status, lib. 2.
 cap. penultim. de Religionem, Pater Ludouicus
 Torres lib. 4. Philosophia moralis Princip. lib. 7.

capitul. 1. Thomas Bosius in integrit, tractatus
 Imperia pendere à virtutib. & de antiquo & nouo
 Italia statu (quos aduersus Machiauellum scrip-
 psit) Pater Andreas Canonicus in Aphorism.
 politio, Hippocratis volumin. 1. lib. 5. Aphorism.
 25. pagin. 799. & sequentibus, Pater Franciscus
 Marquez in gubernator. Christian. lib. 2. capitul. 34.
 Deditissimus atque carissimus mihi non satis lau-
 dandus Dom. Ioann. Baptista Valençuela Ve-
 laquez, Supremi Regij Concilij Senator dignif-
 simus, & in Granatenf. Chancellaria Præfes me-
 ritissimus in motu contra Venetos, ex num. 178.
 & in discursu status & belli. 2. part. considerat. 2.
 ex num. 87. & considerat. 9. ex num. 34 & consil. 22.
 per totam, Francisc. Torreblanc. lib. 3. de Magia,
 cap. 2. Rutilius Benzoni, lib. 3. de anno Tubile, ca-
 pitul. 7. pagin. 340. & sequentibus.

Quod & Imperatores Theodosius, & Valen-
 tinianus profiterentur in epistola ad Dioscorum, 19
 & epistol. 15. inter epistolæ Sytilli, & melius
 in Nouellis, cit. 2. Ita loquentes: Inter ceteras soli-
 tudines, quas amor publicus peruigili cogitationi
 nobis indicit, præcipuum Imperatoris Maies-tatis
 curam esse perspiciamus, vere Religionis indagi-
 nem, cuius si cultum tenere potuerimus in ceptis,
 &c. Plurima alia his similia videntia erunt, cap. 1.
 part. 1.

Et ita intelligendum erit illud & Valerij Ma-
 ximi, lib. 4. capitul. 1. §. de Licio furio. Dum de cura
 extendenda Religionis antiquorum Romanorum
 tractans, scribit: Non dubitauerunt sa-
 tris Imperia seruire, ita feruorem humanarum fu-
 tura regimen existimantia, si diuina potentia bene
 & constanter fuissent famulara, quo loquendi mo-
 do vitur August. lib. 5. de Ciuitate Dei, capitul. 24.
 Eos Reges laudans, qui suam potestatem ad Dei
 cultum conseruandum & dilatandum exerceat.

Ex hoc principio & fundamento constanti
 defensionis, & protectionis præbende à Re-
 22 gibus, & Principibus Christianis, quæ egit
 Ecclesia, inoleuit mos antiquus, vt Imperatores
 interfuissent æuocamentis Concilijs, vt quæ à
 Patribus Ecclesiasticis proponerentur necessaria
 regimini spiritualis Reipublicæ, adhibito Prin-
 cipum errore & autoritate modis omnibus
 obseruarentur, & exequantur; & que Pontifi-
 cibus, & Synodalibus legibus impedimento &
 nouocamento esse poterant, consultiuissimè atque
 23 neruosis auerterentur; vt & bene obseruat Do-
 ctissimus Anastasius Germanus de Sacrarum
 immunitat. lib. 2. in proemio, num. 17. & 18. & in
 capitul. 12. num. 24. & 25. Quod tendit Impera-
 tor Matianus in 6. sessione Concilij Calcedonensis,
 dum ita dicit: Nos ad Fidem & confirmandam, 23
 non ad potentiam ostendendam exemplo Religiof-
 simi Principis Constantini Synodo interesse volu-
 mus, veritate inuenta, non ultra multisudo præ-
 sentibus attrahat discordet. Quæ mirabilia refe-
 runtur verba in cap. Nos 96. dist. & Nos la-
 tius de Regia protectione 1. part. cap. 10. prelatud. 2.
 à num. 73. cum sequentibus.

Ex qua etiam origine & fundamento fuit, 14
 supremæ Sedis Antistitem Pium IV. vnioscos
 Christianos Orbis Principes in Sacrofancti &
 œumenici Concilij Tridentini protectionem
 & executionem, omnimodamque obseruan-
 tiam allicere & prouocare, vt & manifestè ap-
 paret ex Bulla ipsius, quam pro confirmatione
 eiusdem Concilij promulgauit Romæ anno 1563.
 Kalen. Februarij sui Pontificatus anno 5. quæ post
 sessiones

fessiones eiusdem Concilij Tridentini. seder, cui-
 us verba ad propositum nostrum sic se ha-
 bent.
 15 Ipsum verò Christianissimum & filium Nostrum
 Imperatorem electum, ceterosque Reges, Respu-
 blicas ac Principes Christianissimos, & per
 viscera misericordiam Domini nostri Iesu Christi
 obtestamur, vt, quæ pietate Concilio per Orato-
 res suos assuerunt, eadem pietate, ac pari studio
 Diuini honoris, & populorum suorum salutis cau-
 sæ, pro Sedis quoque Apostolicæ Sacra, & Synodi
 reuerentia, ad eiusdem Concilia exequenda, &
 obseruanda decore, prælati, cum opus fuerit,
 auxilio & fauore suo adfint, nec aduersantes sanè,
 ac saluarum Concilij doctrina opiniones à populis di-
 uinis sui recipi permittant, sed eas penitus inter-
 dicant.

Et in eodem Sanct. Concilio Tridentini, ses-
 26 sion. 25. capitul. 20. ita dicitur: Saculares & quo-
 que Principes officij admonendos esse censuit; con-
 siderans, eos, vt Catholicos, quos Deum Sancta Fi-
 dei, Ecclesieque protectores esse voluit, ius suum
 Ecclesie restitui, non tantum esse concessuros, sed
 etiam subditos omnes ad obsequium erga Clerum, Pa-
 rochos, & superiores Ordines reuerentiam reuoca-
 tos, &c.

Ex quibus Pontificali, & Conciliari decre-
 27 tis manifestè constat, quod Supremi Princi-
 pes Christiani non solum sunt generaliter pro-
 tectores & defensores Ecclesiarum, Concilio-
 rum, & eorum omnium, quæ ad status Eccle-
 siæ conseruationem, & tuitionem spectant, ex
 Regio ipso sibi iure potestatis iniunctæ munere,
 vt hæcenus diximus, & vberius probauimus in
 1. part. huius tractat. cap. 1. per totum: Sed &
 specialiter protectores esse constitutos sacri
 œumenici Concilij Tridentini, plures Doctores
 ex eisdem Apostolicis constitutionibus meritò,
 & intercepit affirmant Gandifal. de Paz in praxi,
 tom. 2. prelatud. fin. num. 10. Azeued. in l. 2. tit. 6.
 lib. 1. Recopilation. versicol. Septimò, & conse-
 quenter, & in consil. 37. num. 12. Hieronymus de
 Zecuallos commun. contra commun. tom. 4. q. 897.
 num. 220. & per eisdem ita firmat, & bene
 comprobatur Narbona in l. 59. gloss. 2. num. 14. &
 num. 1. tit. 4. lib. 2. Recopil. in 3. tom. & iterum
 ipse Narbona in l. 81. glossa vnica, num. 3. tit. 5.
 lib. 2. in eodem 3. tomo; idem etiam dicit ipse Ze-
 ballos de cognitione violentia, gloss. 6. num. 62. &
 in dict. quæst. 897. num. 218. 219. à num. 335. Cardinal.
 Bellarm. lib. 2. cap. 18. de laicis, fol. 1347.
 Bobadilla in politic. lib. 2. capitul. 18. num. 194.
 & 208. Dom. Francisc. Carrac. in interpretatio-
 ne aliquarum legum Regni, cap. 9. §. 4. num. 18.
 Aloysius Riccius in practic. aurea resolut. 299.
 num. 2. Iplemet Bobadilla lib. 2. cap. 5. num. 34.
 Flores Diaz de Mena lib. 1. variar. quæst. 12. ex
 num. 8. & quæst. 4. num. 35. Pater Henriquez in
 3. tom. summa. lib. 2. de Pontificis clauæ, capitul.
 15. post princip. §. 1. in gloss. liter. D. cap. 11. §. 3.
 gloss. fin. & iterum cap. 25. & Nos obiter de Re-
 gia protectione. 1. part. capitul. 1. prelatud. 1. n. 73.
 & sequentibus. Et Riccius vbi proximè testatur
 hanc protectionem ad Regem nostrum Hispaniarum
 Concilij Tridentini. pertinere ex Bullis
 Pij V. & Bulla Gregorij III.
 Quare hæc Regi nostro Catholico sic com-
 28 mendata efficaciter & protectione Concilij Tri-
 dentini per Sedem Apostolicam omni patitè
 ipse conatu certat de eiusdem obseruantia, &

executione, & vt cunctis nota sit vigilantia eius;
 in cunctis sui ditionis Regnis suas leges ad
 id ipsum promulgauit, vt l. 79. tit. 4. lib. 2. 2.
 Recopil. in tercio tomo, ita sanciuit: Los Procura-
 dores de Cortes se nos han quexado, que de
 algunos años à esta parte los Nuncios de su San-
 tudad en estos Reinos, contra lo dispuesto en el
 Santo Concilio de Trento, conocen en prime-
 ra instancia de todas las causas que les parece,
 en perjuicio de la iustificacion de los Ordinarios,
 y auocan, è retienen las que están pendientes
 ante ellos: mandamos à los del nuestro Conse-
 jo, tengan gran cuidado, de que se execute,
 en lo que à esto toca, el Santo Concilio de
 Trento; y que para ello se den las prouisiones
 necessarias: in cuius legis explanationem viden-
 dum Narbona super eadem lege.

Et in l. 81. tit. 5. lib. 2. Recop. Qua cognitio
 violentiarum, & quæ tendit ad obseruantiam,
 & executionem S. Conc. Trid. priuatiua sit
 29 solius Concilij Supremi ob grauitatem negotij
 taliter vt cetera Tribunalia, & Audientia Re-
 giæ sint inhibita cum clausula auocatiua, circa
 cuius legis intellectionem plura notabilia, &
 non contemnenda diximus hoc eodem tract. de
 retention. Bullarum 1. part. cap. 14. per tot. &
 in cap. 16. à num. 59. cum segg. vers. Si autem hæc
 remissio, &c. Quibus locis plura vtilia Tribu-
 naliubus videbis hæcenus à nemine confiderata.

Et in l. 62. prope principium, versicol. En
 esta sala, tit. 4. lib. 2. Recopil. tom. 3. in confirma-
 tionem proximè & præcedentis relata 81. di-
 sponitur. Quod huiusmodi causæ tangentes
 30 obseruationem Sacri Concilij Tridentini tractari
 debeant, in Sala del gouiereo; quæ ad bonum
 Regni regimen, & gubernationem in hoc
 Concilio Supremo specialiter destinata est, ibi:
 En esta Sala comenzando por la mayor obliga-
 cion de acudir al seruicio de Dios, se tenga ca-
 dudo de la guarda de las cosas establecidas por
 el Santo Concilio Tridentino, de la extirpacion
 de los vicios, y remedio de pecados publicos,
 del amparo de los Ministros, y de dar fauor à
 los Prelados, para que hagan guardar sus ins-
 titutos, hospitales, y ereccion de los Seminarios,
 y lugares donde no està executado lo que en
 esto està dispuesto.

Ex ista hac Regalia orta ex protectione Regi
 nostro & commendata à Sede Apostolica, tam
 31 vniuersaliter iniuncta Regum officio protectione
 Catholicæ Religionis, & status Ecclesiasticæ,
 dogmatum, & Conciliorum, vt supra dictum
 est, & in cap. 1. part. 1. quam specialiter Con-
 cilij Tridentini ex Apostolicis constitutionibus
 relatis potestatem attribui Regi nostro Catho-
 lico condendi leges in Concilij confirmatio-
 nem, & executionis prouocatus, necnon Præ-
 latis, ceterisque personis omnibus mandandis,
 vt prædicti Tridentini decreta iniolabiliter
 obseruent; affirmat Bobadilla in politic. lib. 2.
 cap. 18. num. 194. & num. 208. & latius & bene
 probant Narbona in l. 59. tit. 4. lib. 2. Recopil.
 tom. 3. gloss. 2.

Sicuti ratione protectionis generalis, qua tenentur
 Reges & Christiani tueri Religionem
 32 Catholicam, & statum Ecclesiasticum, vt in
 hoc cap. deduximus, Reges prædicti, & Im-
 peratores non sunt veriti de rebus sacris & Sa-
 cerdotibus leges condere, prout in similibus
 terminis

terminis Stephanus Aufereus rectè adnotavit in tractatu de potestate secular. super Ecclesiast. regul. 2. num. 31. in hæc: Fallit etiam in præsentibus Regno, ubicumque per Prælatos, Clericos, vel alios quoscumque ꝑ aliquid sit, vel attentatur contra decreta Basilienſis Concilij, & prætactam sanctionem, & fundant se Iudices temporales, dicentes huius habere cognitionem, eò quòd dicitur Concilium; (huius nominis septimum) vt decreta, statutæque, & ordinationes ꝑ ab ipsa Sancta Synodo facta, & condita recipere vellet, & acceptare, eaque quantum sue Regiæ dignitatis interesset per vniuersum Regnum suum, & Delphinatum inuolabiliter perpetuò obseruari quoque facere dignaretur. Quæ quidem doctrina mirabilis est ad propositum nostrum.

Et hoc eodem argumento vitur Anton. Thefaur. decif. 131. num. 10. quòd quando Rex cognoscit de possessione rei spiritualis; potest condere leges talem cognitionem & decisionem tangentes, cum certissima iuris regula sit, idem esse statuto legari & forum fortiri; quo argumentum vitur omnes Doctores de libertate Ecclesiastica, & Nos Deo dante, de omnibus infra 3. part. cap. 1. per totum; tom. 2. Gloss. in l. 2. de eo quòd certo loco, & in cap. quod Clericis de foro competent. Alexand. conf. 157. num. 15. volumin. 2. Thefaur. decif. pedemontan. 23. n. 11. Menochius conf. 315. num. 14. Surdus decif. 393. num. 3. Brunorus à Sole. in locis commun. verb. Forum primò, Cardinal. Tuschus litter. F. conclus. 444. Ioannes Bellet. disquisit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Cleric. ab statut. sacula. §. 1. num. 7. Gratian. disceptation. forens. cap. 709. num. 2. & tom. 1. cap. 9. num. 2. idem Surdus conf. 375. n. 34. lib. 4. Nec non quando lex Regia fertur pro publica communique omnium tam Clericorum, quam secularium vtilitate, provt est in ista materia recursus, quo versatur publica vtilitas non solum laicorum, quo casu non infringi libertatem Ecclesiasticam, ex huiusmodi legum editione, constanter affirmant Carol. de Grassalis lib. 2. Regalium Francia, capitul. 15. num. 88. amplissimè Carol. de Grassis de effectib. Clericatus, effectus 3. ex num. 197. & num. 200. cum multis sequentibus, Azucud. in l. 1. tit. 4. lib. 6. Recopilation. num. 53. & sequentibus, Menochius conf. 800. per totum præsertim à num. 37. & sequentibus, Castillo de tertius, cap. 9. num. 22. & 28. & per nostram doctrinam iterum in cap. 8. à num. 27.

35 Nam prædictis legibus, & aliis ꝑ quæ in iure reperuntur de rebus factis, vt in titul. C. de Sacrosanct. Eccles. & de Episcop. & Cleric. & in tit. 4. & 5. partitarum Regiarum. Christiani Principes nihil per se ipsos in his rebus definiunt; sed quæ à Summis Pontificibus, & Sanctis Conciliorum decretis diffinita, & statuta sunt, obsequentes, & maxima reuerentia amplectentes legibus suis, & iustionibus muniunt, atque tenent, penarumque comminationibus, & terrore ad obseruantiam faciliora reddunt, vt notat Narbona in l. 59. gloss. 1. à num. 8. & sequentibus, tit. 4. lib. 1. Recopil. in 3. tom.

36 Nam postquam à Synodo ꝑ diffinitum, & firmatum est aliquod decretum, potest Regia constitutione sanciri, cap. quedam, & ibi glossa verbo Sanciri. 96. distinction. Ita etiam Martinus Imperator ꝑ obseruari, & inuolabiliter

custodiri præcepit Concilium Calcedonenſe in l. Nemo 4. C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica. Iustinianus etiam Imperator ꝑ in principio. Nouell. 131. de Ecclesiastic. tit. fanxis: illas Sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ à Sacris quatuor Conciliis, Niceno, Constantinopolitano, Ephesino 1. & Calcedonenſe, diffinita fuerunt, vt leges custodiri, & obseruari: Prædictarum enim (inquit) quatuor Synodorum dogmata, sicut Sanctas Scripturas accepimus, & regulas, sicut leges obseruamus, cuius constitutionis meminit Anastasius Germanus lib. 2. de sacram. immunitat. cap. 11. num. 10.

Et ipse Iustinianus in l. omnem. 42. C. de Episcop. & Cleric. ibi: Post mortem Deo amatissimorum Episcoporum, iubemus vt pro tempore illarum Ecclesiarum economi rationes reddant earum, quæ ab illis relicte sunt rerum, idque Sanctissimus Ecclesiis preficere, quod ex nostra lege eis datur, l. omnes qui, §. nihilominus, C. eodem titul. l. iubemus in principio. C. de sacrosanct. Eccles. Authent. vt determinatum sit numerus Clericorum per totum, & in §. fin. in fin.

Leges namque temporales, ꝑ quando conformes sunt Iuri Pontificio, non autem contrarie, nec continentis nouam dispositionem in rebus Ecclesiasticis: licet condi posse à Principibus temporalibus, multi probant citati, & sequuti à Marteseo variarum resolut. hb. 1. cap. 62. num. 1. & num. 18. Cancerio variarum resolut. tom. 1. part. 2. cap. 2. de iurisdictione, à num. 96. cum sequentibus, lae Carol. de Grassis de effectib. Clericis. effectus. 2. num. 97. & à n. 444. Zeballos in contra commun. quæst. 142. & 9. 423. Pereira de manu Regia 1. part. cap. 64. Caldas Pereira de emptio. & vendit. cap. 8. à num. 33. cum multis sequentibus, idem Caldas de nominatione emphyteutic. quæst. 7. num. 14. & alij quamplures suo loco apertio referendi.

Et lex ciuilis etiam in rebus Ecclesiasticis ꝑ lata ad euitandas, & excludendas fraudes, ac dolos, non de damno Ecclesiæ inferendo, valet. Gutierrez de gabellis, q. 87. num. 5. vbi plures allegat Mieres de maioratu 2. part. quæst. 3. à principio. & num. 12. & à num. 22. cum seqq. provt hæc leges respiciunt.

Et ad euitanda scandala, ꝑ quæ orti timentur in perniciem publicæ vtilitatis licet fieri posse legem Regni in causis Ecclesiasticis, post plurimos Doctores diximus sup. 1. part. cap. 4. à num. 38. versicul. Hinc est quòd ad euitanda, de quo articulo ad iustificationem legum Regni in huius & cæteris violentiæ generibus editarum latius agendum in 2. tom. 3. part. cap. 1.

Et licet omnes Principes Christiani ex prædicta ꝑ constitutione Pij IV. Pontificis exhortentur ad curam, & obseruantiam, necnon executionem prædicti Concilij Tridentini. tamen illius protectio nulli eorum magis conuenit, quam Regi nostro Catholico; tum quia ad instantiam Caroli V. Imperatoris, Sedem Apostolicam ꝑ tenente Paulo III. & Philippi II. Hispaniarum Regis, Paulo IV. vniuersalem Ecclesiam regente, fuit facta conuocatio ad idem Concilium Tridentinum. definendum, vt refert Bobadilla in politica, lib. 2. cap. 18. num. 194. quo summo cum labore, vlgilantia, & meditatione, assententiæque tantorum Parrum totius Orbis Christiani, Regumque, & Principum Supremo

Supremorum per Nuntios suos & Ambasiatores ad idem specialiter destinatos: multa sunt edita, & definita decreta ad reformationem ꝑ vniuersalem morum, & pro vniuersalis Reipublicæ spiritualis, & Ecclesiasticæ aptiori regimine, quibus omnino auelluntur infinita damna, quæ in perneciem vtilitatis publicæ reperta fuer, lamentabile foret, vt tantus labor, tantum & insomne studium, totque sanctissima decreta Diuinitus, ꝑ & felicititer definita, & salubriter, maxime in his Hispaniarum ditionibus apprimè summæque cum reuerentia recepta, fructum ex incuria, & negligentia amitterent, & inania redderentur in damnum Reipublicæ, & status Ecclesiastici ac Christianæ Religionis.

Quod & clarè ostendit Bulla Pij IV. in confirmationem d. Concilij Tridentini. ꝑ edita, quæ post sessiones reperitur, & à principio, in hæc: Benedixit Deus, & c. qui respicere dignatus est Ecclesiam suam Sanctam, tot procellis, & tempestatibus agitatam, atque vexatam, & grauius in dies laborantem, apto tandem ei subuenit oportuno remedio, ad plurimas perniciossimas hereses extirpandas, ad corrigendos mores, & restituendam Ecclesiasticam disciplinam, ad pacem & concordiam Christiani populi procurandam, indictum tam pridem in ciuitate Tridentin. æumenicum, & generale Concilium & c. Variis impedimentis, & difficultatibus obiectis, & c. Cum quotidie magis Ecclesie eiusmodi remedium impleret, & c. Et iterum paulò post, & aliis rebus, quæ quidem necessaria visa sint tractanda, designanda, & statuenda, restabant, ad confutandas hereses, ad tollendas abusus, & emendandos mores à Sancta Synodo summa libertate, diligentiaque tractata, & accurata, ac maturè admodum diffinita, statuta sunt, & c. Itaque in nostris, atque omnium oculis valde mirabile fuerit, pro quorum singulari Dei munere, & c. Et alia plurima ibidem recensentur, quæ omnia prouocant ꝑ ad Concilij omnimodam obseruationem, & executionem inuolabilem, neque à Principibus Christianis eiusdem protectoribus vllatenus permittatur illius transgressio, aut in aliquo violatio, cum semel pro vtilitate Reipublicæ Ecclesiasticæ tam salubre remedium fuerit mirabiliter inuentum, & à populo Christiano femel debite receptum. Ac idèd quidquid nouiter contra illud fuerit inuentum, meritò irrationabile cunctis videbitur.

Pro quo facit elegans locus Iob. cap. 18. lib. 4. 48 Ibi: Ecce, qui ꝑ seruierit ei, non sunt stabiles, & c. Faciunt enim iacturam omnium, oleumque & operam perduunt, non perseruant in bene captis, & c. Rectèque Nos docet Sanct. Gregor. in Pastoralis, part. 5. at monitio. 35. Sacra pagina testimonis, dum ait in hæc: Si inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non subleuat, ipsa operandi remissio contra hoc, quòd operatum est, pugnat; hoc est enim, quòd per Salomonem dicitur, qui molles, & dissoluti in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis, quia videlicet, qui capta bona dissipat non exequitur, ꝑ dissolutione negligentia manum destruentis imitatur. Hinc Sardis Ecclesie ab Angelo dicitur, esto vlgilans, & confirma cetera, qua mortuæ erant, & c.

51 Et magis in specie expendo ꝑ text. celebrem in l. nemo, C. de Summa Trinitate, & Fide Cathol. ibi: Nam & iniuriam facit iudicio reuerens

sum Synodi; si quis semel iudicata, ac rectè disposita, reuolare contenderit. Quibus adde plurima iura, & authoritates in vnum compilatas supra hæc 1. part. cap. 6. à principio. Conducit text. in l. si quando, C. de inoffic. testam. optimus text. in cap. Ecclesia. 17. de electione, ibi: Nec enim credendum est, Romanum Pontificem (qui iura tenet) huiusmodi verbo totam obseruantiam multis vigiliis exogitatum, ac inuentam, velle euertere, & c. qui text. loquitur de Concilio generali, circa formam electionis disponente, conſonat. §. quorum, in præmissis infit. & authent. vt Iudicis sine quoquo suffragio.

Et hæc etiam de causa (in quo obediens) 54 res Filij Ecclesie ꝑ se ostentantur Reges nostri Catholici) apertius patet, & clarescit sancta eorum sincera, & Christiana intentio, necnon religiosum obsequium, humilis obediencia, reuerentiæque maiorum suorum exemplo; quòd licet in multis Orbis Christiani Prouinciis non fuerit receptum prædictum Sacrosanctum Concilium Tridentinum. vt ex Nauarro consi. 1. de constitution. quæst. 7. & 8. Salas de legibus, distinctione 13. sect. 7. in fin. Layman in summa, tract. 4. de legibus, cap. 3. num. 4. ad fin. In omnibus tamen Hispaniarum Regnis obsequentissimè libentissimèque receptum fuisse, & ꝑ veneratione maxima amplexum, cunctis patet, & ex dictis legibus Regni, quibus Concilij obseruantia munitur, imò & ex ipsa violentiæ cognitione, & ad Senatam recurſu euidenter ostenditur: ex quibus manifestè insuper colligitur, quanto amore & affectu, quantæque reuerentia, & obsequio veneratur à Catholicis Regibus, quantoque conatu, quanto desiderio & piissimo studio, exhortationi Sanctæ Sedis ad protectionem eiusdem obsequentissimi illi ostentantur, aced vt nullam patiantur illius decretis violentiam inferri.

Quid namque prodesset, Regem Catholicum ita diligentem, & insomnem se, & vlgilantem præbere in Oecumenici Concilij prouocatione, incitatione, & conscriptione; si in eisdem executionis protectione desecisset, & non perseverasset; perseverantia quippe (vt inquit Cicero lib. 1. Rethoric.) est in ratione ꝑ bene considerata permansio. Et probat Dn. Thom. in 2. 2. quæst. 138. artic. 1. hæc (cum vt diximus) si ad bonum fit à D. Bernardo in epistola appellatur singularis filia summi Regis, virtutum finis, & consummatio, totiusque boni repositorium, & virtus; & ipse in sermone 2. in vigilia Petri & Pauli Apostolor. ita egregiè, & sanctè scriptum reliquit: Absque persuerantia, ꝑ nec qui pugnat, viciorum, nec palmam viciorum 56 consequitur, vigor virtutum, virtutis consummatio est, nutritrix est ad meritum, mediatrix ad primum, soror est patientie, constantie filia, amica pacis, amicitiarum modus, vniuersitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum, tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem sortituro. Hæc Dnus Bernard. & Dnus Augustinus ad Eudoxiam.

Qui enim vsque ad finem non perseverat, nihil egisse dicitur, ꝑ sicuti testatur Dnus Gregorius, in moralibus relatus in cap. in casum de penitentia, dist. 3. in hæc: In casum quippe agitur, si ante vltimum bonum deseratur, quia & frustra velociter curris, qui priusquam ad metas

veneris, desicet, &c. Porro perseverantia in bono ea est virtus, & effectus menarrabilis, ut gloria eterne (sicut legitur Apocalyps. cap. 2. & 3.) coronam ei recipiam, qui in finem usque ad bonos se praestiterunt.

58 Quare Rex Catholicus in dies euigilat pro oblatione & executione decretorum Concilij Tridentini. ne in aliquo percitantur, nec lædantur, & ad hoc sanctum intentum, & zelum aprè consequendum: ad petitionem Regij Ficalis, vel etiam alterius conquerentis in Senatu hoc Supremo de contrauentione œcumenici Concilij datur prouisio Regia, dicta Ordinaria, vt litteræ importunè falsisvè præcibus, & suggestionibus indcbitè à Sancta Sede impetrata, seu verus extortæ contra voluntatem suæ Sanctitatis in eodem Senatu ostendantur, & illie accuratè examinentur, an aliquid contineant, ex quò lædatur vel subuertatur aliquod Tridentini decretum, vt & tunc vel retineantur ad effectum consulendi Sanctissimum, præmissa humili ad ipsum supplicatione; vel Ordinatio cognitio remittatur, ex his quæ latè deduximus supra part. 1. capitul. 1. maxime cap. 2. & sequentibus. Et de hac ordinaria prouisione testatur etiam Castellus à Bobadilla in politicis lib. 2. cap. 18. num. 194. & Naubona in l. 59. glos. 2. sub num. 16. ad fin. tit. 4. lib. 2. Recopil. tom. 3. Flores Diaz de Mena præctiar. questionum, lib. 1. p. 12. num. 8.

59 Maxime, quia vt in aliquo præualere possint litteræ ab Apostolica Sede impetratæ; requiritur expressa & specifica Concilij Tridentini, derogatio; vt probant Thomas Sanchez in tractata de matrimo. lib. 3. dis. 26. num. 7. tom. 1. Nicolaus Garcia de beneficiis, 4. part. cap. 5. ex num. 25. Valençuela Velazquez conf. 22. num. 53. Rota Romana decif. 48. num. 10. & 11. p. 1. diuersorum.

60 Quia constitutio Consiliaris & quælibet requirit expressam derogationem, vt colligitur ex cap. ex parte, & cap. fin. de Capellis Monacho. cap. eam re. de exate & qualitate, cap. nonnulli. de rescriptis, tenent Archidiacon. in cap. 1. de constitutione. lib. 6. Felinus in dicit. cap. nonnulli, num. 3. Selua de beneficiis 3. part. quest. 11. n. 31. Parisius consil. 2. num. 30. lib. 2. Nauarrus in Summa Latina. capitul. 27. num. 265. Iacobatus de Consilijs, lib. 5. articulo. 18. Alaba. de Concilijs, part. 1. capitul. 2. Couarruias lib. 3. variarum, capitul. 16. num. 6. & in cap. 8. §. 9. num. 6. dicens totum mundum hoc amplecti. Mandosius in regula Chancellar. 18. quest. 17. num. 12. Anastasius Germonius de indultis Cardinal. 8. per quæ sublati, num. 58. Còrduba lib. 4. questionarij, quest. 9. 8. Tertia pars, Sarmiento lib. 3. select. capitul. 14. num. 3. Menochius consil. 294. num. 11. & 12. volumin. 3. Padilla in l. fin. C. de diuersis rescriptis, num. 17. Gutierrez in l. nemo potest ff. de legatis 1. num. 173. Gravianus regul. 291. num. 4. Cavaican. 1. part. decision. 29. num. 16. Henriquez lib. 3. de Indulgent. capitul. 26. num. 3. Molina 1. tom. de iustitia & iure, tractatu 2. disputat. 173. fol. 988. Vinaldus Candelabro. 3. part. capitul. 12. num. 22. & alij plures ab istis, & à Thomas Sanchez, Nicolao Garcia, & Valençuela citati.

Er ratio huius doctrine ea est (quæ bene concludit intentioni nostræ) quia cum decre-

ta Concilij & ita matura deliberatione sancta cita sint, videntur continere vim clausula derogatorie ad alia decreta posteriora contraria, nisi de illis specificam faciant mentionem, imò si Consilium generale modernum sit, quale est Concilium Tridentinum, oportet etiam illius specificam facere mentionem, & nec sufficit generalis derogatio decretorum cuiuscunque Concilij, prout bene docent Henriquez, & Vinaldus vbi proximè; quos sequitur Pater Thomas Sanchez de matrimonio, tom. 1. lib. 3. disputat. 26. sub num. 7. Vide etiam Valençuelam, & Nicolaum Garciam superius citatos.

Et quidquid de stylo generali & Curie Romanæ contendat Nicolaus Garcia dicit 4. part. capitul. 5. & num. 25. & num. 33. adducat Motum proprium Pij V. anno 1570. Quo declaratur nec specialitè, nec generali derogatione Concilij Tridentini, opus esse in quibusvis concessionibus Apostolicis propria manu Papæ signatis, cuius Motus proprii tenorem ad litteram refert.

Attamen in Hispania ex superius dictis derogationem etiam specificam & expressam Concilij Tridentini, non admitti, firmant Azcudius in l. 2. circa fin. tit. 6. lib. 1. Recopilation. Bobadilla in politicis. lib. 2. cap. 18. num. 208. Zaballos de cognitione violentie in prologo, num. 151. & glos. 6. num. 62. Paz praxi tom. 2. praxi. 5. num. 10. & probatur in l. 62. tit. 4. lib. 2. Recopil.

Quare in Senatu hoc supremo erga litteras, quæ fuerunt & impetratæ in derogationem prædicti œcumenici Concilij Tridentini, duplici modo decernitur iuxta casuum varietatem. Nam regulariter in his litteris, quæ contraueniunt directè alicui decreto eiusdem Concilij, illudque percuntur, litteras retineri in Senatu mandat, ne & tunc pars impetrans vtatur, præmissa supplicatione ad Sanctissimum, vt melius informatus, de remedio conuenienti Reipublicæ Ecclesiasticæ, aut temporali prouideat, neque patitur tam saluberrima decreta subuerti, sed vt semper & inuolubiliter intacta remaneant, vt decet.

Si verò litteræ hæc Apostolicæ & dumtaxat percunt decretum eiusdem Trid. sess. 24. de reformatione. cap. 20. præsertim primam instantiam Ordinaris, examinata accuratè in Senatu, si gratiam simul contineant, non retentionis decretum concipiatur; sed remissionis ad Ordinatum dumtaxat: *Entreguen se esta Bulla à la parte, para que ose della delante del Ordinario.* Si autem instantiam solum respiciant, prout & monitoriales, compulloriales, inhibitoriales, aut executoriales; tunc retentis in Senatu, ne illis pars vtatur, causa cognoscenda Ordinario (ad quem de iure pertinet) remittitur; quæ differentia cum altiore prætat indaginem, particulari loco erit latius examinanda, infra hæc 2. p. c. 26. per tot. De quo genere percussio prædicti decreti 20. cum & frequentiora sint negotia, latè & specialiter erit tractandum in hæc 2. part. vbi mirabiles & ingeneres difficultates abfoluentur specialiter distincto discursu agitando in ea per omnia ferè capitula: cum exterorum decretorum eiusdem Concilij contrauentionem nullam specialem requirat indagacionem, sed ex eiusdem

69 eiusdem

eiusdem decretis omnis facilè vincatur difficultas ratio, & minùs frequentè contingens, ac propterea ab specifico singulorum decretorum examine excusatur, cum illis sufficiat regula generalis superscripta.

CAPVT II.

Regalia in protectione Sacri Concilij Tridentini, an Rex Catholicus vi possit, quando per litteras Apostolicas percucitur non solum eius sensus literalis, sed & sensus intellectualis declaratus per Sacram Congregationem Cardinalium.

SUMMARIUM.

Decretorum Concilij Tridentini. dubium recipiendum ad Sedem Apostolicam recurrendum pro declaratione, & interpretatione, n. 1.

Declarandi dubiam dispositionem eius est, cuius est condere, num. 2.

Declaratio legum, & statutorum, aut privilegiorum Principis ad Principem spectat, n. 3.

Concilium convocare ad cuiuslibet dubij sui declarationem, foret penè impossibile, & semper durissimum, ob quod declarationem deseruauit Papa, num. 4.

Declarationem suæ dispositionis potest quis alteri committere, num. 5.

Declarationi alteri commissæ super eo quòd sibi fecerit dixerat committens, an sit standum remissionè, num. 6.

Ad declaranda dubia Concilij Pontifex creauit particularem Cardinalium Congregationem, n. 7.

Declarationes Sacri. Congregationum. sunt decisivæ vim legis habentes, vsque lata ex commissione Papæ a personis habentibus à Principe facultatem respondendi, num. 8.

Princeps potest tribuere Senatui facultatem leges condendi, num. 9.

Declarationes S. Congregat. eandem vim habent, ac si ab ipso Papa immediatè dimanassent, num. 10.

Vti pluries eadem Congregatio dixit, vt refertur, ibidem.

Declarationes S. Congregationis non egent publicatione, cum sint in declarationem legis iam publicatæ, num. 11.

Declaratio Concilij istius redditur dispositio, & vt talis veneranda, & obseruanda, num. 12.

Rote non licet infirmare, sed obseruare declarationes Concilij, num. 13.

Rex suæ Regalia in protectione decretorum Concilij ita vi debet, sicuti illa declarauit S. Congregatio, num. 14.

Declaratio nihil de nouo inducit, nec nouum actum, aut diuersum facit, sed qualis fuerit præcedens demonstrat, num. 15.

Declaratio alicui commissæ perinde habetur ac si à committente fuerit finalitè à principio facta cum dispositione, num. 16.

Dispositio declarata retinet suam primam naturam, num. 17.

Declaratio inest dispositioni declarata, num. 18.

Declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis declarata, num. 19.

Declaratio censetur dimanasse eodem tempore à principio cum dispositione principali, n. 20.

Concilij declaratio nihil aliud est, quam ipsomet Concilium declaratum ad effectum protectionis Regis num. 21.

Rex euigilare debet, ne Prelati ex sua absente Concilij interpretatione subditos ledant, n. 22.

Pater Henriquez declarauit circa violentiam tollendas in contrauentionem Tridentini, n. 23.

Bulla Pij I. refertur, qua obtestantur Principes Christiani, vt ea charitate, & affectu, quo adfuerunt Concilio, eadem populorum suorum saluæ causa à eius Concilij executionem præsentem auxilium, num. 24.

Et vt interdican, & recipi non permittant opinionem aduersantes salutarem Concilij dispositionem, num. 25.

Declarationes Cardinalium qua auctoritate & solemnitate muniri debeant, vt illis Fides detur, num. 26. remissive.



Ro huius difficultatis (quæ vtilis valde in practica est, & necessaria) omnimoda & resolutione in medium conferte volui mirabilia verba Bullæ Sanctissimi Papæ Diuina prouidentia Pij I. super confirmatione œcumenici Concilij Tridentini editæ, & post sessiones eiusdem appositæ, quæ ante finem ita decreuit: Si cui vero in eis aliquid obscurius dicitur & statum fuisse, eamque ob causam interpretatione aut decisione aliqua egerit visum fuerit, ascendat ad locum, quem Dominus elegerit, ad Sedem videlicet Apostolicam, omnium fidelium Magistrum, cuius Auctoritatem, etiam ipsa Sancta Synodus tam reuerenter agnouit. Nos enim difficultates, & controuersias, si quæ ex eis decretis orta fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipsa quoque Sancta Synodus decreuit reseruamus. parati, sicut ea de nobis merito confisa est omnium Prouinciarum necessitati, ea ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, prouidere, &c.

Quæ Bullæ verba consonant omnino dispositioni iuris, quo idem dispositum reperitur in cap. non licuit 17. distinctione, ibi: Quoties aliqua de vniuersali Synodo, aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt rationem, ad Apostolicam Sedem conueniant, text. etiam in c. nec licuit alicui, nec licebit particularem Synodum congregare: sed quoties aliqua de vniuersali Synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt rationem, aut sponte ij, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam Sedem pro recipienda ratione conueniant 4. in ordine 17.

Licet enim eius sit declarandi ius actum dubium, siue dispositionem ambigam; cuius est condere, eiusvè, qui actum & fecit, vt post plurimos alios obseruat Menochius in consil. 296. num. 39. & sequentibus (qui in variis materijs exempla reddit) & in omni actu & materia intelligit Pelæz à Mieres de maioratu. 1. part. quest. 44. num. 1. & sequentibus, Simon de Præxis lib. 1. solution. 3. num. 1. & 2. fol. 26. Cardinal. Tufchus tom. 2. litter. D. conclus. 92. & tomo 4. litter. I. conclus. 329. Surdus in consil. 288. num. 9. lib. 2.